

MiM6/176/83 Court roll Cossington

Cosyngton'

Magna Curia Hugonis de Wyllughby tenta ibidem die lune proxima post festum sancti Hellarii anno regni regis [torn]

Essonia Johannes Dauett Thomas Gefson de apparencia sua esson' est [sic]

Inquisicio Thomas Pynkenay Galfridus Astley Thomas Gefson Jurati

Johannes Baily Johannes Walker Ricardus Hecok Jurati

Willelmus Someruile Robertus Hande Johannes Conam Jurati

Johannes [torn] Willelmus [torn] Edwardus Tailliour [Jurati]

Inquisicio presentat quod Robertus Hande <vs> & Willelmus Hande habent unum mesuagium ruinosum & non dum reparatum ideo incurrunt penam sicut prius impositam ut in capite & preceptum est eis alias emendare citra proximam curiam sub pena j marce

{pena} Item presentat quod mesuagium Johannis Dauett <vs viijd> non reparatur ideo incurrit penam dimidie marce & preceptum est adhuc emendare sub pena xs Item quod Thomas Gefson <xs> habet unam grangiam ruinosam & nondum reparatur ideo incurrit penam xs & preceptum est ei alias emendare sub pena xxs Item quod Thomas Gefson <xijd> succidit ij fraxinos crescentes super solum donimi ideo ipse in misericordia Item quod Radulphus Hecok <vjd> succidit unum fraxinum crescentem super solum domini ideo ipse in misericordia

Affuratores Curie Johannes Conam

Radulphus Hecok

Magna curia Hugonis de Willughby tenta ibidem die lune proxima ante festum Ascencionis domini

Anno regni regis Henrici quinti post conquestum secundo

Essonia Thomas de Grene per Robertum Glouer essoniatus est de apparencia sua

Inquisicio Thomas Pynkenay Johannes Stoke Thomas Gefson Jurati

Willelmus Someruile Galfridus Astley Johannes Conam Jurati

Johannes Baily Robertus Hand Radulphus Hecok' Jurati

Johannes Walker Willelmus Hand Jurati

Inquisicio presentat quod Johannes Dauett <iiijd> debet sectam & non venit ideo in misericordia Item dicunt quod cotagium in tenuta Johannis Dauett <xs> non dum reparatur ideo incurrit penam sibi prius impositam ut in capite Et preceptum est alias emendare citra proximam sub pena j marce Item quod Thomas Gefson <xxs> non dum reparauit domum suam ideo incurrit penam sibi prius ponitam ut in capite Et preceptum est ei alias emendare sub pena ij marcarum

Affuratores Curie Johannes Baily

Robertus Hande